nanie incorporando atq subijciendo palam publice libere ac per
expressum recognouit. Quia ipsa Generosum Franciscum a Bedna
Dydynski eiusq posteros de Intercisa certa inter se Recognoscentem
ab vna et eundem Gnosum Dydynski parte ab altera ratione certa-
rum rerum et conditionum in eadem Intercisa contentarum de Actu et
data illius in Sanok die vigesima Secunda Mensis Marty Anno
Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo octauo confecta conscripta
manu sui Recognoscen: et praefati Generosi Dydynski propria
ab vtrinq subscrta et Actis Castren: Capitanealibus Sanocensibus
cum interpositione vadij Duorum millium Quingentorum octuagin
ta et trium florenorum Polonicalium roborata eiusq inscriptae
Roboratoria, nec non de Processibus quibusuis ad eundem In-
tercisam per se Recognoscentem praefato Gnoso Dydynski
ad quoduis Iudicium et Officium Regni intentatis, ex inquocunq
puncto et gradu Iuris dependen: Decretisq et poenis banitionum,
earumq approbationibus quietat, emittit, dimittit, et liberum
absolutumq facit ac pronuntiat. Intercisam praefatam eiusq
Roborationem atq Decreta, poenas banitionum, earumq appro-
bationes, Processusq quosuis Iudiciarios in toto et per omne
ob praestitam sibi Recognoscen: in praemissis omnibus plenariam
et sufficientem satisfactionem cassat mortificat et annihilat,
sibi suisq posteris ratione praemissorum perpetuum impo-
nendo silentium. Hac sua praesenti personali recognitione
ad praemissa omnia mediante.

Podhorodecki in rem Winnickiego Roborat

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan Premyslien Nobilis Stephanus Podhorodecki alias Horczynski sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Castren Capitan Premy-
273 slien Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis gnaliter omnibus incorporando atq subijciendo palam publice libere ac per expressum recognouit. Quia ipse suo et Nobilis Hrehory Podhorodecki filiastri sui pro cuius rati habitione cauet et se praesentibus inscribit nomine se ac suos successores in et super bonis suis gnaliter omnibus summisq pecuniariis quibusvis habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus scriptum certum manuale per se Recognoscentem in rem et manus Generosi Stephani Winnicki ratione certarum rerum et conditionum in eodem scripto manuali contentarum de actu et data illius in Manasterzec die vigesima Nona Marty Anno praesenti confectum conscriptum et datum manu sui Recognoscen propria subscriptum in omnibus et singulis eiusdem scripti manualis conditionibus punctis clausulis articulis damnis Teresstribus simpliciter absq corporali Juramento taxandis et edicendis, ligamentisq ac nexibus generaliter vniuersis eidem Generoso Stephano Winnicki eiq illius posteris firmiter tenere complere ac inuiolabiliter obseruare, omnibusq et singulis scripti praefati manualis conten tam in toto quam in qua uis minima parte semper toties quoties opus fuerit satis facere scriptum praefatum manuale ad inscriptionem praesentem Roboratoriam, et Inscriptionem praesentem Roboratoriam ad praedictum scriptum manuale in toto vicissim referendo. Atq sub cla

omnis

mnis Terrestribus simpliciter absq corporali Juramento taxandis et edicendis per eundem Recognoscentem Nobilem Stephanum Podhorodecki suis eius posteros præfato Generoso Stephano Winnicki vel eius posteris, ob non completionem ex contentis scripti præfati manualis præmissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendis. Nihilominus is idem suprascriptus Recognoscens Nobilis Stephanus Podhorodecki se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus, ac summis quibusvis pecuniariis habitis et habendis suprascripto Generoso Stephano Winnicki ipsiusq posteris inscribit et obligat præsentibus suprascriptum Nobilem Hrehorium Podhorodecki filiastrum sui Recognoscentis vel in eventu mortis successores illius ad approbandam per ipsum Inscriptionem præsentem Roboratoriam vel similem suo proinde ipse faciendam ad Acta quævis authentica Regni vim perpetuitatis in se habentia, intra decursum sex septimanarum adducere et personaliter statuere, ab eoq vel eius successoribus ut præmissa debite exequantur efficere. Idq sub damnis Terrestribus simpliciter absq corporali Juramento taxandis et edicendis, per eundem Recognoscentem Nobilem Stephanum Podhorodecki suis illius posteros præfato Generoso Stephano Winnicki vel eius successoribus ob non statuitionem præfati Nobilis Hrehorij Podhorodecki filiastri sui statuendi, et in eventu mortis successorum illius pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendis. Pro quibus quidem damnis Terrestribus simpliciter

absq corporali Juramento taxandis et edicendis modo praemisso ad soluendum succubiturus, ac pro re aliqua Principali ex contentis scripti praefati manualis non completa complenda, citatus existens memoratus Recognoscens Nobilis Stephanus Podhorodecki suie eius posteri, ad instantiam praefati Generosi Wnimicki suie eius Succesorum ad officium praesens Castren Capitaneale Premyslien exnunc velipsu suprascrio quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo citationis Termino tanquam peremptorio, stare, iuri parere, respondere, damna Terrestria praetacta simpliciter absq corporali Juramento taxata luere, in scriptum huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum Terminum plenum peremptorium uti et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate pro maiori minorennitate Succorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari, admunimentatione ad euictorem, vel alijs quibusuis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo. Ad quietationem praeterea ultra proximos Officiy praefati Castren Capitan Premyslien Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel multiplicatis, euasionibus suspensionibus, fatalis Juris, praesertimque Terrestri bello conuentionibus ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo. nec alio quouis modo euadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante